



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Vitæ Pontificum Romanorum**

Ex Antiquis Monumentis Collectae

**Sandini, Antonio**

**Bambergae, 1753**

CXLVI. Benedictus VIII. Anno Christi 1012. Henrici II. Reg. 11. Basilii & Const. 37.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65464](#)

verentiam Apostolici culminis, nomen  
mutare placuit, & Sergius voluit nomi-  
nari. Id quidem ex sepulchrali inscrip-  
tione constat, quam idem Baronius subxi-  
cit ad an. 1012. §. 1.

In quo (folio) mutato permanit no-  
mine Praeful

Sergius ex Petro: sic vocatus erat.  
Errat ergo Ditmarus, qui suo judicio  
& assertione ideo id factum scribit, quod  
nomine non satis honesto Buccaporci no-  
minaretur: ut ait Auctor Vitæ Sergii IV.  
apud Lab. tom. 9. Conc. pag. 802. Fallun-  
tur item alii, qui Ditmarum sequuntur.

### CXLVI.

## BENEDICTUS VIII.

ANNO CHRISTI 1012.  
HENRICI II. REG. II. BASILLI  
& CONST. 37.

BENEDICTUS VIII. Gregorii  
Comitis Tusculani filius, Joannes  
Episcopus Portuensis antea dictus, Bar. an.  
anno 1012. Romanæ Ecclesiæ præ- 1012.  
fектus est. Mox à Gregorio, nescio §. 2. 6.  
quo, Pontificatum sibi usurpante Pag. §. 1.  
Româ ejectus, in Germaniam ad  
Henricum Regem confugit: quo in  
italiam adveniente, in Sedem suam

Nn 4 re-

Bar. an. restitutus est. Advenienti in Urbem  
 1012. §. 5 Benedictus obviam processit, cum  
 1013. §. 4 prius illud condescens ac per honestum at-  
 1014. §. 1 que ad pacis tutelam opimum decreum  
 5. 6. suisset, ut ne quisquam audacter Impo-  
 Pag. §. 1. rii Romani sceperum præproperns gestare  
 2. 3. Princeps appetat, sen Imperator dici,  
 aut esse valeat, nisi quem Papa Seu  
 Romanae delegerit aptum Republica,  
 eique commiserit insigne Imperiale. (1)  
 Inde Henricum Romanæ Ecclesiæ  
 defensorem, sacro inunctum oleo,  
 & aureâ ornatum coronâ Imperato-  
 rem declaravit. Post id factum Hen-  
 ricus beneficia ac jura à Pippino,  
 Carolo Magno, Ludovico Pio, at-  
 que Otonibus patre & filio, Eccle-  
 siæ Romanæ quondam concessa san-  
 civit, liberumque arbitrium eligendi  
 Pontificis Clero, populoque Ro-  
 mano esse voluit, hâc modo condi-  
 tione, ut juxta decretum Eugenii II.  
 & Leonis IV. Pontifex consecra-  
 tur coram Legatis Imperatoris. (2)  
 Eodem persuadente Imperatore, Be-  
 nedictus mandavit, ut Symbolum  
 1019. §. Nicænum in Missæ sacrificio cane-  
 1. 2. 4. retur. (3) Henrico in Germaniam  
 Pag. §. regresso, paulò post etiam Benedi-  
 1. 2. chtus

Etus contendit eodem ad opem orandum contra Græcos, qui pederentim jam sibi cuncta usque ad Romanos fines vindicaverant. Bambergæ exceptus ab Imperatore, Ecclesiam S. Stephani dedicavit, ab eoque oblatam D. Petro Urbem ipsam suscepit in potestatem. (4) Idem Romam Bar. an. reversus accivit Guidonem Areti- 1022. §. num, monachum ex Benedictina 20. Familia, ut excogitaram ab se faci- Pag. §. 8. lem cantus rationem Clerum edoce- Bar. an. 1024. §. 1. rer, obiitque anno 1024. Pontifica- Pag. §. 1. tus undecimo jam exacto. (5)

## ANNOTATIONES.

(1) Glaber Rodulphus hujus temporis scriptor, extremo libro 1. inter Scriptores Historiæ Francorum Duchesnii tom. 4 pag. 10. ubi adjicit: *Anno igitur Dominicæ Incarna-*  
*tionis 710. licet insigne illud Imperiale*  
*diversis speciebus prius figuratum fuisse,*  
*& Venerabili tamen Benedicto Sedis Apo-*  
*stolica fieri jussum est admodum intelle-*  
*ctuali specie idem insigne. Precepit fa-*  
*briari quasi aureum pamum atque cir-*  
*cundari per quadrum pretiosissimis qui-*  
*busque gemmis, ac desuper auream cru-*  
*cem inseri. Simili aureo ponio seu globo,*  
*aureâ inferta Cruce, quem Imperialis maje-*

Nu 5 statis

statis insigne Benedictus VIII. primus instituit, ad hanc diem Cæsares uti conliverunt.

(2) Extat diploma apud Baronium ad an. 1014. §. 7. & apud Labbeum tom. 9. Conc. pag. 813.

(3) Berno Augiensis Abbas De quibusdam ritibus ad Missæ officium pertinentibus cap. 2. tom. 18. Bibl. Patr. pag. 57. Romani Symbolum post Evangelium usque ad hoc tempora diuæ memorie Henrici Imperatoris nullo modo cecinerunt. Sed ab aliis interrogati, cur ita agerent, in coram assistente, audiui eos hujusmodi responsum reddere, videlicet quod Romanæ Ecclesia non fuisset aliquando illa hæreseos face infecta, sed secundum S. Petri doctrinam in soliditate Catholicæ fidei maneret inconcussa & ideo magis his necessarium esse illud symbolum sapientando frequentare, qui aliquando illa hæresi potuerunt maculari. At Dominus Imperator non antea desit, quam omnium consensu id Domino Benedicto Apostolico persuasit, ut ad publicam Missam illud decantarent. Berno negat, Symbolum Romæ in Missa decantatum, at non negat suisse recitatum. Etenim jam inde ab initio Sæculi noni in Missa legebatur. Leo III. in Colloquio cum Legatis Concilii Aquisgranensis apud Baronium ad an. 809. §. 6. & apud Labbeum tom. 7. Conc. pag.

1197

1197. *Quod verò asseritis, vos ita cantare Symbolum, quoniam alios in istis partibus vobis priores audistis cantasse, quid ad nos? Nos enim id ipsum non cantavimus, sed legimus, & legendo docere, nec tamen legendo aut docendo addere quidquam eidem Symbolo inferendum presumimus.* Multa huc spectantia Edmundus Materne Lib. 1. De antiquis Ecclesiæ Ritibus cap. 4. art. 5. §. 11.

(4) Leo Ostiensis lib. 2. Chron. Casin. cap. 46. & cap. 84. inter Scriptores rerum Italicarum tom. 4. pag. 368. & 401.

(5) S. Petrus Damiani epist. 9. ad Nicolaum II. & in vita S. Odilonis Abb. Cluniac. cap. 11. apud Bollandum tom. 1. Januar. pag. 75. Benedictus VIII. p̄is ejus sanctorumque fratrum precibus & tarei cruciatuſ evasit interitum, & cum beatis Civibus quieturus superna Hierusalem meruit ingressum.

### CXLVII.

## JOANNES XIX.

ANNO CHRISTI 1024.

CONRADI II. REG. I. BASIL.

ET CONST. 49.

JOANNES XIX. cognomento Romanus, frater Benedicti VIII. largitione pecunia repente ex laicali ordine Neophytus